tamen ius tuum poſtmodum fueris proteſtatus, de cenſib. & exact. & vbique Doctores latè Bartol. &
repetentes *in l. non ſolum 8. §. morte, ff. de noui
oper. nunciat. & alibi paſſim,* expendunt ad va-
ria Alexand. *conſ. 130. à numero decimo tertio,
libro quarto, & conſ. 181. numero 8. libro ſexto* Phi-
lip. Decius *conſ 460. numero vndecimo & duodeci-
mo, & conſ. 516. numero 19. tom. 2.* Paul. Pariſ.
*conſ. 70. numero 19. & 20. conſ. 104. numero 10. &
conſil. 109. numer. vltim., libro tertio,* Surd. *conſ.
310. num. vlt. & conſ. 385. numero 20. & de alim.
tit. 9. quæſt. 26. numero 136.* Stephan. Gratianus *diſ-
ceptationum forenſ. tom. ſecundo, cap. 246. numero
28. tom 3. cap. 515. numero ſeptimo, & tom. 5. cap.
937. numero 27.* ac proſequuntur optimè poſt
plures alios Maſcard. *de probatio. concluſ. 1243.
à numero 21. tom. tertio* Menoch. *de præſumpt. libro
ſexto, præſumpt. 41. numero vndecimo,* Cardin.
Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. libro 15. titul.
4. numero quarto & quinto,* Cardin. Tuſch. *pract.
concluſ. tom. 6. concluſ. 938. per totam,* Mangil. *de
imputat. quæſt. 155. numero duodecimo,* Fontanel. *de
pact. nuptial. clauſ. 4. gl. 10. part. 1. numer. 134. &
135. & clauſ. 6. gloſſ. 11. part. 5. à numero nono, &
clauſ. 7. gloſſ. 2. part. 5. numero 18. & gloſſ. 3. part. 1. nu-
mer. 66. cum duobus ſequentibus,* Marius Giurba,
non paucos cumulans *deciſ. Siciliæ 85. numero*
57 *ſexto*, vel ſolutionem recuſare* dum in conuen-
tionem deducta non implerentur, argument.
Text. *in l. Iulianus 14. §. offerri, ff. de act. empt. &
in l. quæro 58. §. inter locatorem, ff. locati,* vbi no-
tat Bald. *numero primo,* Bald. *in l. pacta conuenta
72. in 2. notab. ff. de contrah. empt.* (quam legit
in l. iuris gentium 7. poſt §. adeo ff. de pact.) idem
Bald. *in Auth. dos data Cod. de donat. ante nupt. in
lectura noua, numero tertio, ad fin.* vbi per eum
Text. ait, quod qui differt facere quod debet,
non poteſt petere quod ei debetur, ac rurſus
*in cap. 1. numero nono in fin. Qualiter dominus pro-
priet. feudi priu. in vſib. feud.* vbi quod qui non
facit quod debet, non recipit quod oportet,
optimè Iaſ. hæc & alia Baldi loca referens *conſ.
111. numero 11. 12. 13. & 14. volum. 4.* Dec. *conſ.
36. numero ſecundo, circa fin. verſ.* Circa pri-
mum, *tom. 1. & conſ. 464. numero ſecundo verſ.* Et
pariter videtur, *tom. 2.* Auguſt. Beroi. *conſ. 15.
numero decimo quarto, volum. 3.* M. Anton. Nata
conſ. 50. numero quarto & quinto, tom. 1. Aymon.
Craueta *conſ. 127. numero quarto, part. 1.* Rolan-
dus à Valle *conſ. 53. à numero decimo ſeptimo, &
27. volum. 1. & conſ. 69. numero trigeſimo ſeptimo, vo-
lum. 4.* Franciſc. Beccius *conſil. 45. numero ſexto,
cum ſequentibus, maximè, numer. 38. volum. 1.*
Achilles Pedrocha *conſ. 1. à numer. 233. & in reſ-
ponſo de reſolut. contractus, numer. 786.* Matth.
Afflictis *deciſ. 220. numero quarto, in fin.* Surd.
deciſ. 220. numer. 18. Marius Giurba *deciſ. 115.
n. 10.* Cardin. Mantica *de tacit. & ambig. conuent.
libro tertio, titul. 12. numer. 53. & tit. 16. numero deci-
mo quarto,* Cardin. Tuſch. *pract. concluſ. tom. 1. lit.
C. concluſ. 213. numero 47.* dum nihil horum fe-
58 cit,* vt in propoſito exemplo ſupponitur,
veriſimile valde ſit vel conditiones illas fictè fuiſ-
ſe adhibitas, quia non ſic earum implementum
debitor negligeret, vel ipſum ab eo iure, quod
ſibi per eas quæſiuerat, vltro poſtea recedere
voluiſſe argument. Text. *in l. 1. §. 1. in fin.* illic,
*ſed ſi ſciens ſe non debere ſoluit, ceſſat repetitio, ff.
de condict. indeb. l. indebitum 9. Cod. eod. tit. l. cum
de indebito 25. verſ. Sin vero, ff. de probat. l. cu-
ius per errorem 53. & l. donari 82. ff. de reg. iur.
l. 2. Cod. de his, quæ vi, cap. Paſtoralis 5. verſ. Ita
quod, ext. de except.* atque ita* ſimpliciter ob-
ſtrictum manere ad reliqui ſolutionem, tan- 59
quam pure probato, agnitoque debito per
abſolutam ſolutionem partis, argument. Text.
in l. ſed Iulianus 9. (quæ aliàs eſt *ſub l. item ſi fi-
liusfam. 7.*) *§. hoc amplius,* illic, *ſi pater ſoluere
cœpit quod filius familias mutuum ſumpſerit, ff. ad
S. C. Macedon.* & in propoſito melioris *in l. 4.*
illic: *cum fidem cautionis agnoſcens, etiam ſolutio-
nem portionis debiti, vel vſurarum feceris, intelli-
gis te non numeratæ pecuniæ nimium tarde quere-
lam deſerere Cod. de non numerat. pecun.* cum his,
quæ vltra ordinarios *vbique* reſoluunt Ludouic.
Roma. *conſil. 221. numero ſecundo, verſ. Igitur eſt
conſequens,* Rebuf. *tom. 1. ad leges Gallicas tit. de
chirograph. recognit. artic. 2. numero 57.* Boer. *de-
ciſ. 333. numero tertio, in princip.* Anton. Gomez
*variar. reſolut. tomo ſecundo, capite ſexto, nume-
ro ſecundo, limitat. 7. verſ. Vel etiam, & verſ.
Ex quo nota,* Emanuel Coſta, quamquam non
per omnia communi ſententiæ accedat, *ad l. ſi
ex cautione fallentia 7. numero tertio, quarto & quinto
Cod. de non numer. pecun.* Petrus Barboſa, qui
eum refert, ac ſequitur *in l. 1. ff. ſolut. matrim. 6.
part. numero quinquageſimo octauo, verſ.* Quærunt
igitur, *& numero quinquageſimo nono,* Ioannes
Franciſc. à Bellacomba *inter communes opinion.
tomo ſecundo, libro octauo, titulo vigeſimo ſeptimo,
de ſolut. numero 66.* Cardin. Domin. Thuſcus
*practic. concluſ. tomo ſeptimo, litter. S, concluſ. 341.
numero ſexto.* Vnde eſt,* vt ex ſolutione partis 60
debiti interrumpatur ipſius debiti præſcriptio
in reliquo, *l. cum notiſſimi 7. §. imò & illud, verſ.*
Sed & ſi quis, *iuncta gloſſ.* verbo *interrupta, &
communi, Cod. de præſcript. 30. vel 40. annor.
l. 29.* verſ *Otro ſi dezimos que ſi vn home.* illic: *o
pagando algo por razon de menoſcabo, o dando
parte de precio,* vbi notat Gregorius Lopez
gloſſ. quarta, titulo vigeſimo nono, parti. 3. Boerius
dict. deciſ. 333. numero tertio, poſt princip. ac poſt
alios latiſſimè Petrus Barboſa *in d. l. cùm notiſ-
ſimi, à numero quadrageſimo primo, ad 49.* ex
quibus tametſi non ſic exaratis, ſic in terminis
confeſſionis iudicialis præfato modo factæ,
nempè debere ſe ſub certis legibus, & con-
ditionibus, & non aliter, quod confitenti
non proficiat, quem conſtet, poſt tempus illud
à quo debitum contractum eſſe fatetur, par-
tem debiti ſimpliciter, & abſque vlla prote-
ſtatione ſoluiſſe, docet, ac iudicatum re-
fert Anton. Faber *in Codice ſui nominis libro
quarto, titulo decimo quarto, de probat.
definit. 65.* Quare & in recogni-
tione, in qua diuerſa ratio
in propoſito conſiderari
nequit, idem dicen-
dum eſt.

DISSER

DISSERTATIO XXVI.

De iure exequendi, ex chirographo in iure recognito competente quo tempore præſcribatur, & vnde id currere incipiat? ad intellectum *l. 63. Tauri, & l. 6. titulo 15.* iuncta *l. 15. titulo 21. lib. 4. nouæ compilat.* & obiter de intellectu *l. 1. ff. qui potiores in pignor. hab. & l. 3 & 4. titulo 13. lib. 3. ordinam.* ac de recognitione, vel confeſſione poſt præſcriptam perſonalem actionem facta; & de præſcriptione iuris executiui, per quem actum interrumpatur, & ad quod vſque tempus ex quo interrupta eſt prorogetur.

SVMMARIA.

1 *Exequendi ius ex perſonali actione, ſiue in publico inſtrumento, ſiue in priuato recognito competens, decem annorum præſcriptione tollitur, ac finitur.*

2 *Decennium iſtud vnde in chirographo recognito currat, an à die recognitionis, an à die celebrati contractus, vel ex quo ille quomodocumque in iudicium deduci poteſt, non ſatis inter Regnicolas conſtat, quorum nonnulli ſecundum magis probant.*

3 *Præſcriptio cuiuslibet iuris ex eo tempore currit, ex quo ius ipſum competit, & in iudicium duduci poteſt.*

4 *Ius agendi ex contractu, etiam in priuato inſtrumento contento, vel ſtatim competit, ſi contractus ipſe ſit purus, vel ex quo dies venerit, aut conditio ſit impleta, ſi in diem, vel ſub conditione, indéque etiam eius iuris præſcriptio currit.*

5 *Recognitio chirographi nihil aliud facit, quàm declarare, & approbare denuò contractum in eo contentum, atque ita trahenda videtur ad initium contractæ cum effectu obligationis, ita ut ex illa quomodocumque poſſit agi.*

6 *Schedula priuata non debet eſſe melioris conditionis, quàm inſtrumentum publicum, & quare?*

7 *Executiuum ius, ex publico inſtrumento competens, decennio præſcribitur, à die contractus in eo purè celebrati, vel termini ad ſolutionem in eodem præfixi, aut conditionis euenientis computato.*

8 *Argumentum ab abſurdo in iure validum, ac frequens eſt.*

9 *Executiuum ius ſubſiſtere, aut denuò introduci nequit, præſcripta actione ordinaria, in qua illud fundatur, & eius rei exemplum.*

10 *Qualitas abſque ſubiecto ſubſiſtere nequit.*

11 *Argumentum ab ordine litteræ validum eſt in iure, vt ex tali ordine eliciatur, & præſumatur mens, & intentio diſponentis, quòd primo loco ſcriptum præcedere voluerit.*

12 Lex 63. Tauri, & lex 6. tit. 15. lib. 4. no-

uæ compilat. *primo loco diſponunt, ius exequendi decennio præſcribi, quàm aliquid diſponunt de præſcriptione iuris ordinariè agendi.*

13 *Scriptura priuata, per teſtes, vel aliter, etiam abſque partis recognitione probata, ius efficax ab initio aduerſus ſcribentem conſtituit.*

14 *Si ex ſola recognitione robur ſumeret, nunquam ei præſcriberetur, etiam per mille annos.*

15 *Recognitio priuatæ ſcripturæ legitimè in iudicio facta, neceſſe eſt vt in publicam formam à cauſa notario redigatur.*

16 *Scriptura priuata purè facta, & in publicam formam poſtea redacta, vim executiuam habet, ac ſi ab initio publicè confecta eſſet.*

17 *Negligentia ſua nemini debet eſſe proficua, immò damnoſa, & quare? & qualiter hæc regula procedat, num. 76.*

18 Extrauagans execrabilis Ioannis XXII. de præbend. *expenditur, ac de intellectu,* numero 76.

19 *Præſcriptio decennij ad exequendum chirographum recognitum, dumtaxat currit à die recognitionis, & Hiſpalenſis Senatus obſeruantia circa hoc refertur.*

20 Lex 5. titulo vigeſimo primo libro quarto, nouæ compilat. *exequendi ius tantùm tribuit ſcripturæ priuatæ recognitæ, atque adeò ab ipſo die recognitionis.*

21 *Qualitas adiuncta verbo, intelligitur ſecundum tempus verbi.*

22 *Executionis qualitas neceſſariò verificari debet antequam mandatum de exequendo decernatur, nec ſufficit, eam poſteà verificari.*

23 *Præſcriptio decennij ad exequendum dati, dumtaxat conceditur iuri executiuo, iam producto quale in chirographo recognito non eſt ante recognitionem.*

¶ *Præſcriptio introducta eſt ad extinguendum aliquod ius formatum.* ibidem.

24 *Chirographum recognitum non eo minus executioni mandari poteſt, quod diem qua confecta eſt vulgò* fecha, *appoſitam non habeat, & quare?*

25 *Scriptura priuata fidem aduerſus ſcribentem facit, teſtibus comprobata, etſi anni ac diei appoſitione careat.*

26 *Creditor hypothecarius ex chirographo in iure recognito, etiam anni, ac diei appoſitione carente, præfertur hypothecario ex inſtrumento publico, poſt talem recognitionem confecto.*

27 *Ius agendi executiuè ex priuato inſtrumento, ante eius recogitionem non oritur, etiam ſi lapſus ſit dies, in eo ad ſolutionem deſtinatus, vel conditio impleta, & quare?*

28 *Præſcriptio iuris executiui, ex chirographo recognito competentis, ita demùm à die recognitionis incipit, ſi purum ſit, ſecùs ſi conditionale, vel in diem, quia tantùm curret à tempore euenientis poſteà conditionis, vel aduenientis diei.*

29 *Recognitio ita demùm trahitur ad initium contractæ cum effectu obligationis, cùm de ſolo recognoſcentis præiudicio agitur, ſecùs ſi de præiudicio tertij, aduerſus quem retrotractioni locus non eſt.*

30 L. 1. in princip. verſ. Quærebatur, ff. qui potior. in pignor. hab. & l. 33. verſ. *Otro ſi dezimos, que caſando,* tit. 13. part. 5. latè *declarantur, & conciliantur cum* l. Titius 4. ff. quæ res pignori, & *ſimilibus* ac num. ſeqq.

Dd 3 31 *Dolem*

31 *Dotem promittens ſicut à marito ad eius ſolutionem cogi poteſt, itaut illius non exactæ, aut accepto latæ periculum ad maritum regulariter pertineat, ſic vice verſa maritum iam ab initio adſtrictum habet, vt quotieſcumque illi dos ſoluatur, eam accipere teneatur, & qualiter hoc procedat?*

¶ *Dos etiam ante contractum matrimonium promiſſa, ex die contracti matrimonij tantùm deberi incipit.* ibid.

32 *Dos ſi initio contracti matrimonij promiſſa, ſit marito, bona ſua pro reſtitutione obliganti, eius numeratio ipſi facta etiam poſt pecuniam ab alio acceptam, cui eadem fuit hypotheca ſuppoſita, retrotrahitur ad initium illud, potioremque facit hypothecam pro dote conſtitutam ea, quæ pro debito priùs accepto poſtea facta eſt.*

¶ *Contractus ſi ſub conditione caſuali, vel mixta celebrati ſint, conditionis euentus trahitur retrò ad initium, quo illi ſunt celebrati,* ibidem.

33 *Verba* l. 1. in princip. ff. qui potiores, *pro communi eius interpretat. expenduntur, eaque interpretatio latè exornatur.*

34 Gloſſ. verbo hypothecam, in l. aſſiduis 12. C. qui potiores, *eiuſque aſſeclæ impugnantur.*

35 *Eorum fundamenta referuntur.*

36 *Hypotheca tacita, à iure inducta pro dotis reſtitutione, eiuſque prælatio, non minùs locum habet in promiſſa ab initio, poſteáque numerata poſt hypothecam præſenti alij creditori conſtitutam, quam expreſſa, & quare.*

37 *Hypotheca tacita eandem omnino vim, & poteſtatem habet, ac expreſſa, cui proinde ſi poſterior ſit præfertur.*

38 L. 1. ff. qui potiores, & l. 33. ad fin. tit. 13. partit. 5. *& ſi in expreſſa hypotheca tantum loquantur, eodem modo procedunt in tacita, & quare? cuius ſententiæ authores referuntur.* num. 40.

39 *Hypotheca tacita priuilegium nedum conceſſum eſt datæ doti pro eius reſtitutione, ſed etiam promiſſa, ſiue à tempore promiſſionis, vel contracti matrimonij, licet poſteà data ſit, & intelligitur* lex 17. ad fin. titulo vndecimo, parti. 4.

40 *Confeſſio acceptæ dotis poſt promiſſionem emanata, ſufficit ad eius prælationem à tempore promiſſionis.*

41 *Dotis promiſſio ſi ante contractum matrimonium facta ſit, plerique voluere, eius numerationem conſtante matrimonio factam poſt hypothecam, præſenti alij creditori conſtitutam, retrotrahi ad initium promiſſionis, etiam ante matrimonium contractum factæ; quorum ſententia refellitur.*

42 L. 1. in princip. ff. qui potiores, *quod ſpecialiter fauore dotis aduerſus iuris regulas emanauerit, nonnulli affirmarunt, quorum ſententia conuincitur.*

43 *Specialitas in dubio admitti, aut confingi non debet, quæ miſerorum refugium dicitur.*

44 *Inſtrumentum priuatum longè diuerſam naturam, quoad executionem habet à publico, & ideò diuerſum ius in vno, quam in alio conſtituitur quoad iuris executiui præſcriptionem.*

45 *Decennium ad exequendum chirographum ita demùm currit à die recognitionis, ſi ante eam non ſit præſcripta perſonalis actio per lapſum* 20. *annor. & contraria collectio ab his facta, qui ab initio decennij præſcriptionem currere exiſtimarunt, abſurda eſt, & à iuris principiis diſſona, & quare?*

46 *Petrus Nunius de Auendaño commendatur, eiuſque doctrina expenditur, & explicatur.*

47 *Malè ab Azeuedo perceptus eſt, & pro ſe citatus.*

¶ Caput 126. in *commitiis Madriuiis, priuatæ ſcripturæ recognitæ executionis ius tribuens, eo tempore emanauit, quo nondùm Taurinæ leges prodierant,* ibid.

48 L. 3. tit. 13. lib. 3. ordinam. veter. *actioni perſonali, vel exequendi iuri ex ea competenti decennij ſpatium dumtaxat præſtituit, eoque tranſacto, ius agendi ſuſtulit, cuius verba referuntur.*

49 Lex 4. eiuſdem titulo, *illi contraria videtur, verbis eius inſpectis, quæ ſimiliter recenſentur.*

50 *In earum legum conciliatione valdè noſtrates cruciantur, & Roderici Suarez interpretatio refertur.*

51 *A qua meritò recedit D. Præſes Couarruuias & quare?*

52 *Impedimentum facti regulariter præſcriptionis curſui non officit, ſed locum tantùm facit reſtitutioni in integrum, iuris verò, non poteſt obſtare præſcriptioni actionis executiuæ, quin ſimul obſtet præſcriptioni actionis ordinariæ, quæ maiorem vitam non habeat.*

53 L. 3. tit. 13. lib. 3. ordinam. *ex ſententia D. Couarr. ab Authore probata, non vnum tantùm decennium præſcripſit actioni ordinariæ, & & executiuæ ſimul, ſed duplex, cuilibet ſuum ſeparatum.*

54 Leges duæ antiquæ, *altera Regis Alphonſi, & altera Regis Henrici in id rectè expenduntur à D. Couarr.*

55 Lex 3. tit. 13. lib. 3. ordinam. ab *Authore expenditur pro diſtinctione decennij ad præſcriptionem actionis executiuæ, & actionis ornariæ.*

56 L. 4. eiuſdem tit. *etſi obſcura videatur, rectè tamen inſpecta id magis declarauit, & quare?*

57 *D. Ferdinandus Menchaca, cùm interpretationem legum Regiarum ordinam. à D. Couar. traditam non ſatis percaluiſſet, eam immeritò contemnit, & abiecit, eandem in effectu tradens, quam ipſe diuerſam putat, & malè tribuit Roderico Suarez contrariam potiùs docenti.*

58 *Did. Perez eandem in effectu interpretationem, & conciliationem aſſignauit ad* leges 3. & 4 tit. 13. libro 3. ordinam. *quam D. Couar. licet eam ſibi arrogare videatur, & noua alia, quam cogitat, & veriorem dicit, refellitur.*

59 *Auendañus interpretationem D. Couarr.* ad l. 3. & 4. tit. 13. lib. 3. ordin. *vt certiſſimam ſupponit, eiuſque mens explicatur, & Did. Perez contrarium ſecurè docens refellitur.*

60 L. 6. Tauri probata in l. 6. tit. 15. lib. 4. compilat. *indiſtinctè conceſſit* 20. *annorum ſpacium perſonali actioni exercendæ, ſiue ſimplici ſiue coniuncta cum iure executiuo, in quo correxit* legem 3. tit. 13. lib. 3. ordinam.

61 *Cum l. ordinamenti in hoc tantùm conueniat, quod iuri executiuo per ſe in iudicium deducendo idem decennium ſtatuit; quo lapſo, poteſt etiam intra aliud decennium ordinaria actio inſtitui.*

62 *Confeſſio debiti ſi poſt præſcriptam perſonalem actionem per lapſum* 20. *annorum iudicialiter ad creditoris inſtantiam fiat, quòd non minus quam recognitio executionis iure careat ſentit Parladorius.*

¶ *Idem aſſerit ſi confeſſio, vel recognitio inſtrumenti, poſt præſcriptum tantùm ius executiuum non abſolutè fiat, ſed ſolutione ſimul allegata.*

63 *Quod & poſt præſcriptum tantùm ius executiuum facta, generaliter & indiſtinctè, adeóque etiam ſolutione non allegata, executionis ius non habeat, aduerſus Parlad. docuit Azeuedus, à non nullis receptus*

64 *Confeſſio clara debiti, nedum poſt præſcriptum ſolum ius exequendi per decennij lapſum, ſed etiam poſt præſcriptam ſimul perſonalem actionem per lapſum* 20. *annorum iudicialiter abſolutè facta, paratam intra aliud decennium executionem habet, & quare? cum n. ſeq. vbi huius ſent. authores recenſentur.*

65 *Confeſſio à recognitione in quo differat?*

66 *Salaria famulorum, pharmacopolarum, & ſimilium perſonarum, triennij ſpacio apud nos præſcribuntur, niſi poſtea debiti confeſſio fiat.*

67 *Scriptura noua debiti ſi per debitorem fiat poſt præſcriptam actionem perſonalem, eaque tunc recognoſcatur, eodem modo executionem habebit, ac iudicialis confeſſio tunc facta.*

68 *Ordo litteræ ita demùm attendendus eſt, cum menti, & intentioni diſponentis non refragatur, ſecus ſi illi contradicat, & qualiter hoc contingat?*

69 Lex 63. Tauri, & l. 6. titulo 15. lib. 4. compilat. *etſi primo loco ſtatuant, ius exequendi decennio præſcribi, quàm de præſcriptione ordinarij iuris diſponat, non propterea præſcriptio iuris exequendi chirographum præcedere debet, & quare?*

70 *Diſpoſitum cùm quid eſt à lege primo loco per modum doctrinæ, & exempli gratia, non eſt ſumendum argumentum ab ordine litteræ.*

71 *Præſcriptio iuris executiui ita demùm ex vi ordinis legum Regiarum præcedere debet præſcriptionem iuris ordinarij, cum vtrumque ius ab initio ſimul competit, ſecùs ſi primò ius ordinarium competat, quia id primò præſcribetur.*

72 *Ius agendi ordinariè ex contractu in chirographo celebrato, ſtatim vel poſt diei, aut conditionis implementum competit, quomodocumque contractus ipſe plenè probetur; ius verò agendi executiuè non niſi poſt iudicialem recognitionem, aut debiti confeſſionem.*

73 *Scriptura priuata purè facta, & in publicam formam redacta, ex eo tempore ita firma eſt, & executionis iure gaudet, ac ſi publica ſemper fuiſſet.*

74 *Contractus vel alterius cuiuſcumque actus initium, & origo in iure regulariter attenditur.*

75 *Scriptura priuata etſi in publicam formam poſtea redacta ſit, non tamen ab initio executiuum ius habet, inſtar ratificationis actus nulli.*

76 *Negligentia ita demùm nemini debet eſſe proficua, ſi culpæ adſcribi poſſit, & qualis ea ſit? ſecùs alias.*

77 *Creditor chirographarius iure non tenetur petere recognitionem chirographi, itaut ob eam non petitam poſſit ei culpa imputari, & quare? cum* 2. *num. ſeqq.*

78 *Et ſi recognitionem peteret, poſſet illam non obtinere, & quare?*

¶ *Culpa, aut dolus ei non poteſt imputari, qui ſuo iure vtitur.*

79 *Debitor in diem, poſt eius lapſum ſtatim moram contrahit abſque interpellatione, purus verò non niſi poſt interpellationem iudicialem, vel extraiudicialem.*

80 *Debitor aliquando ſibi commodum parat, iuſque acquirit aduerſus creditorem ex eo ipſo, in quo ab illo beneficium accepit, putà non exacti multo tempore debiti.*

81 *Creditori chirographario, ex quo debitor ad eius inſtantiam legitimè chirographum recognouit, eodem modo nocet decennij lapſus, ne poſtea executionem petere valeat, ac creditori ex inſtrumento publico.*

82 *Præſcriptionem iuris executiui per ſolam executionis petitionem, & inſtrumenti productionem in iudicio factam intra tempus ad exequendum datum interrumpi, quaſi lis per eam videatur conteſtata, nonnulli exiſtimarunt.*

83 *Contraria ſententia, vt verior defenditur.*

84 *Libelli oblatio etiam in ordinariis iudiciis non ſufficit ad præſcriptionis interruptionem, niſi ſequatur conuentio, ſeu citatio alterius partis.*

85 *In executiuis multò minus ſufficit, & quare?*

86 *Bart.* conſil. 36. volum. 1. & in l. ſi quis ſtipulatus 57. numero quarto, ff. de ſolut. *rectè intelligitur.*

87 *Libelli oblatio altera parte præſente in iudicio facta ſufficit ad præſcriptionem interrumpendam tam in iudiciis ſummariis, & executiuis, quàm in ordinariis.*

88 *Præſcriptio non ſemper per ſolam citationem ciuiliter interrumpitur ſed aliquando etiam litis conteſtatio deſideratur, & quid iure Regio?*

89 *Litis conteſtationis vim in executiuis habet primus actus repugnans, & contradicens.*

90 *Deciſio incidens Hiſpalenſis Senatus.*

91 *Præſcriptionis interruptio per ſolam citationem, aufert omne tempus ante elapſum, & nouæ præſcriptioni iuxta antiquam actionis naturam locum facit.*

92 *Quæ per litis conteſtationẽ contingit, actionem qualiſcumque vitæ, etiam breuiſſimæ, in* 40. *annos perpetuat, etiam in executiuis.*

93 *Perpetuationis actionum materia ſublata non eſt* per l. 63. Taur. *aduerſus Ant. Gomez ibi, cuius fundamento fit ſatis.*

94 *Deciſio altera Hiſpalenſis refertur.*

APPENDIX TRIVM PRÆCEDENTIVM.

CVm chirographo in iure recognito iure noſtro Regio exequendi ius competat, vt hactenus latè tradidimus, conſequens eſt, vt id ius decennio præſcribatur, iuxta *l. 63. Tauri*, quæ eſt *l. 6. tit. 15. libro quarto nouæ compilat.* qua generaliter traditum eſt, ius exequendi, ex perſonali actione competens, decem annorum præſcriptione tolli, ac finiri, atque ita in terminis chirographi recogniti obſeruat Azeued. *in d. l. 6. numero ſexto*, ac poſt alios nouiſſimè D.

Ioan. Baptiſt. Valençuela *conſ.*112. *numero primo,*
*tom.*2.

2 Cæterum hac re in quotidianum illud du-
bium maximè in Hiſpalenſi Senatu vbi in-
numeri contractus per priuatas ſchedulas
celebrantur, occurrere ſolet, quod idem Aze-
ued. in relata *l.* 6. num. 7. excitauit, latéque
proſequitur vſque ad *num.* 14. à quo videlicet
tempore in chirographo, vel aliis huiuſmodi
priuatis ſcripturis decennium iſtud currat, an à
die recognitionis, an verò à die contractus in
eis celebrati, ſi purus ſit, aut ſi conditionalis,
vel in diem, ab euentu conditionis, vel lapſu
diei, ad ſolutionem deſignati; & hoc vltimum,
re ad partes diſcuſſa, magis probat Azeuedus
in d. l. 6. *à numero decimo*, verſic. *Pro contraria*
verò parte, & remiſſiuè ad eum locum *in l.* 5.
numero decimo nono, *titulo vigeſimo primo*, *libro*
quarto, *noua compilat.* cui accedunt Ioannes de
Heuia Volañus *in curia Philipp.* 2. *part.* §.1. *nu-*
mero quinto, *poſt princip.* verſic. *Aunque no ſe*
tenga, D. Valençuel. *dict. conſil.* 112. *num.* 3. 4. *&* 5.
Pro qua ſententia ſequentia potiſſimum expendi
ſolent.

3 Primum eſt, quod præſcriptio cuiuſlibet iu-
ris ex eo tempore currit, ex quo ius ipſum
competit, & in iudicium deduci poteſt, ex
reg. Text. *in l. in rebus* 30. verſ. *Omnis autem*, il-
lic: *Ex eo tempore opponatur, ex quo poſſint actio-*
nes mouere, *Cod. de iure dot. & l. ſicut in rem* 3.
verſ. *Qua ergo*, illic: *Ex quo purè competere cœpe-*
runt, *Cod. de præſcript.* 30. *vel* 40. *ann. l.* 1. §. *fin.*
Cod. de annali except. cum ſimilibus, ex quibus
ſic vltra ordinarios *vbique*, notat Franciſcus
Balbus *de præſcript.* 1. *p. ſexta part. num.* 16. ac poſt
plures latiſſimè Card. Tuſchus *pract. conc. tom.*
4 6. *littera P*, *concluſ.* 525. * At ius agendi ex con-
tractu, etiam in priuato inſtrumento conten-
to, vel ſtatim competit, ſi contractus ipſe ſit
purus, vel ex quo dies venerit, aut conditio
ſit impleta, ſi in diem, vel ſub conditione fue-
rit celebratus *l. cedere diem* 213. *ff. de verb. ſignif.* §.
omnis 2. *&* §. *ſub condit.* 4. *inſt. de verb. obligat. l.*
12. *&* 14. *tit.* 11. *partit.* 5. ergo ex eodem ipſo
tempore curret præſcriptio iuris, ex illo inſtru-
mento ſeu chirographo licet poſtea recognito
competentis, vt generaliter probat Text. *in l.*
cum notiſſimi 7. §. *illud*. illic: *Poſt conditionis exi-*
tum, vel poſt inſtituta dici lapſum præſcriptiones 30.
vel 40. *annorum initium accipiunt*, *Cod. de præ-*
ſcript. 30. *vel* 40. *annor.* & in ſpecie quoad ius
executiuum ex eo probatur, quod recognitio,
5 ex qua ius illud producitur, cum * nihil aliud
faciat, quam declarare, & approbare denuò
contractum, in ſcriptura contentum, vt diſſer-
tat. 21. & ſequentibus non ſemel diximus, etiam
ſi poſtea facta ſit, trahi nihilominùs debet ad
initium contractæ cum effectu obligationis,
itaut ex illa quomodocumque poſſit agi, arg.
Tex. *in l.* 1. *in principio*, verſ. *Cum ex cauſa*, il-
lic: *Non vtique ſolutionum obſeruanda ſunt tem-*
pora, *ſed dies contractæ obligationis*, *l. qui balneum*
9. *in princip. verſ.* Quoniam, tamen, *& l. potior.*
11. §. 1. *verſ.* Cùm enim ſemel, *ff. qui potiores in*
pignore habeantur, iuncta, reg. Text *in l. heredes*
palam 21. §. 1. verſ. *Et puto*, illic: *Nihil enim nunc*
dat, *ſed datum ſignificat*, *ff. de teſtamen.* cum ſi-
milibus, à me in ſimili expenſis *diſſertat.* 14. *nu-*
mero 75. & regu. *ratihabitionem* 10. *libro ſexto*, &
6 confirmatur * quia ſchedula priuata non de-
bet eſſe melioris conditionis, quam inſtrumen-
tum publicum, quod priuato præferri conſtat
ex l. ſcripturas 11. *Cod. qui potiores in pign. hab. &*
l. 31. *tit.* 15. *partit.* 5. cum his, quæ circa hæc
iura latè ſcripſi *diſſertat.* 21. *per totam*, at ius *
executiuum, ex publico inſtrumento compe- 7
tens decennio præſcribitur, à die contractus
in eo purè celebrati, vel termini ad ſolutio-
nem in eodem præfixi, aut conditionis eue-
nientis computato, vt ex relata ratione do-
cuerunt Didacus Caſtellus *numer.* 19. *&* 20. &
Palacius Rubeus *numer.* 16. *in dict. l.* 63. *Tauri*,
Anton. Gomezius *in l.* 64. *ſequenti*, *numero ſepti-*
mo, Gomezius Leonius, vel Legionenſis *in cen-*
turia information. ac deciſ. Hiſpalenſium, *facto*, *ac*
deciſ. 88. *numero primo*, *& ſecundo*, Azeued. *in*
dict. l. 6. *compilat. numero ſeptimo*, Parladorius
(quem ipſe corruptè citat) *libro primo*, *rer. quo-*
tidia. capite primo, §. 13. *numero primo*, Gundiſſ.
Paz *in praxi*, 4. *part. tom.* 1. *capite primo*, *nu-*
mer. 18. *& capite tertio*, *numer.* 11. Amator Ro-
dericius *de execut. capite ſexto*, *numer.* 59. verſ.
Ex quo rectè ſequitur, Alphonſus Villadiego *in*
politic. capite ſecundo, *numer.* 53. *ad med.* Volañus
in curia Philipp. 1. *p.* §. 1. *numero quinto*, *&* §. 7. *n.* 7.
ergo & ius executiuum, ex priuata ſcriptura
reſultans, eodem tempore, & ab eodem die præ-
ſcribetur.

Secundum argumentum ſumi ſolet ab abſur- 8
do vitando, quod in iure validum, ac frequens
eſſe conſtat ex *l. obſeruare* 4. §. *fin. verſ.* Eſt enim
perquam abſurdum, *ff. de offic. Proconſ. l. ſi quis*
ex argentariis 6. §. *vlti. verſ.* Et abſurdum eſt, *ff.*
de edendo, *l. nam abſurdum* 7. *ff. de bonis libert.* cum
ſimilibus, adductis à Nicolao Euerard. *in locis*
legalibus loco 23. *ab abſurdo*, *numero primo*, Augu-
ſtinus Barboſa *ad axiomata iur. axiom.* 2. *& in*
locis communibus argumentorum loco 2. Simone
Vaz Barboſa, & Gabr. Aluarez *ad princip. & lo-*
ca communia iur. litera A; illo *num.* 5. *&* 95. hoc
verò *à num.* 18. *&* 30. eſſet enim abſurdum, de-
cennium ad exequendum chirographum curre-
re à die recognitionis eius, ergo ne id abſur-
dum contingat, dicendum eſt illud currere vel
à die contractus, in ipſo chirographo celebra-
ti, ſi purum, ſit aut ſi conditionale, vel in diem,
à tempore euenientis conditionis, vel lapſu diei
ad ſolutionem deſtinati, iuxta ſuperius tradita
numero 4. Minor probatur, quia ſi decennium
curreret à die recognitionis, ſequeretur inde,
* ordinaria actione præſcripta, ius executiuum, 9
quod in ea fundatur, per ſe ſubſiſtere, ac de-
nuò introduci poſſe, putà recognitione facta
poſt viginti annos à celebratione contractus,
in chirographo purè celebrati, vel ab euentu
conditionis, aut lapſu diei, in eo ad ſolutio-
nem præfixi, adeóque poſt extinctam ordina-
riam actionem: id quod minimè ius admittit,
cùm * qualitas abſque ſubiecto ſubſiſtere ne- 10
queat, *l. eius qui in prouincia* 41. *poſt medium*, il-
lic: *Nam ſi nominatim fortè Titio domino ſuo mor-*
tuo iam dari ſtipulatus ſit, *procul dubio inutiliter eſſet*
ſtipulatus, *ff. de rebus credit. l.* 4. §. 1. illic: *Non po-*
teſt æſtimari bonitas loci, *qui non extat*, *ff. de act.*
empti, cum ſimilibus, relatis ab Auguſt. Bar-
boſa *axiom.* 196. Simone Vaz Barboſa. & Gabr.
Aluarez *ad principia*, *& loca communia iur. lit. Q.*
illo *num.* 1. hoc verò *num.* 2.

Tertium ſumitur argumentum ab ordine lit- 11
teræ, quod validum ſimiliter eſt in iure, ad hoc
vt ex tali ordine eliciatur, ac præſumatur mens,
& intentio diſponentis, vt primo loco ſcriptum
præcedere

præcedere debeat, *l. quoties* 34. illic: *Si quidem*
ita legatum fuerit Titio, *& Mæuio*, *poteſt dici prio-*
ri Titio, *deinde Mæuio legatum datum*, *ff. de vſu-*
fructu, *l. qui ſoluendo* 60. illic: *Solus is*, *qui primo*
loco ſcriptus eſt, *hereditatem capit*, *& l. ſi non lex*
83. §. 1. illic: *Et ad libertatem perueniat qui priore*
loco ſcriptus fuerit, *ff. de heredib. inſt. l. cum pater* 77.
§. *à te peto* 32. *in fine*, illic: *Sed ordinem ſcripturæ*
factum ſubſtitutioni, *ff. de legat.* 2. *l. heredes mei* 57.
§. *vltim.* illic: *Propter gradus fideicommiſſo præ-*
ſcriptos, *ff. ad S.C. Trebell. l. generaliter* 24. §. *quid*
ergo 17. illic: *Et fortaſſis quis rectè dixerit*, *ordinem*
ſcripturæ ſeruandum, *ff. de fideicommiſſar. libert. l. ſi*
quis habens 24. illic: *Sed qui primi ſunt*, *liberi*
ff. qui, *& à quibus*, *Authentic. de hered. & falcidia*,
capite primo, §. *ſi quis autem non implens*, *verſic.*
Inordinatum verò, *collat.* 1. *cap. concilia* 6. §. *hoc*
quoque, 17 *diſt. capite primo*, §. *cumque lecta*, *cum*
ſeq. iuncta gloſſ. *verbo* Mediolanenſis, 96 *diſtinct.*
cap. quorundam 24. *verſ.* Volentes, iuncta gloſſ.
verbo Prædicatorum. *& cap. ſi quis iuſto* 46. verſ.
Verum, *in fine*, illic: *Is qui primò in inſtrumento*,
vti litteris procurationis extiterit nominatus, *de elect.*
in 6. cum aliis ſimilibus, & vltra ordinarios
vbique, notarunt Felinus *in cap. dilecta* 22. *numero*
quarto, *& quinto*, *de reſcript.* Hippolyt. Marſil.
ſingul. 672. Nicol. Euerard. *in locis legalib. loco* 1.
numero ſeptimo, *&* 13. Neguſant. Fano *de pignor.*
4. *membro* 2. *partis*, *numer.* 109. *ad fin.* verſ. *Quar-*
tò quando iſta duo inſtrumenta, *ac numer.* 110. *&* 2.
membro 5. *partis*, *numer.* 45. verſ. *Quandoque ta-*
men, Maranta *de ordine iud.* 3. *part. principali*, *nu-*
mer. 108. vltra alios congeſtos à Bernardin. Al-
phano *collectan.* 5. Maſcard. *de probat. tom.* 1. *con-*
cluſ. mihi 575. *numero octauo*, *& tomo ſecundo*, *con-*
cluſ. 1234. *ex numer.* 11. Cardin. Dominico Tuſ-
cho *practi. concluſ. tom.* 5. *littera O*, *concl.* 196. Ioan-
ne Maria Nouario *quæſt. forenſ. part.* 1. *quæſt.* 133.
numero tertio, *quarto*, *& quinto*, Scipione Rendi-
ne *in promptuario receptarum ſent. in miſcellaneis*,
quæ extant ad fin. libri, *ſub numero ſecundo*, D.
Valençuel. *conſil.* 1. *numer.* 67. 68. *&* 69. *& conſ.* 63.
numer. 112. *&* 167. nouiſſimè Auguſt. Barboſa *in*
locis communibus argument. loco 80. Simone Vaz
Barboſa, & Gabriele Aluarez *ad princip. & loca*
communia iur. littera A, illo *numero* 94. hoc verò
numero 488. *& lit. O*, illo *à numer.* 14. hoc verò
12 *à numer.* 30. At * *in dict. l.* 63. *Tauri*, & ſimili
compilat. primo loco ſcriptum, ac diſpoſitum
eſt, ius exequendi decennio præſcribi, quam de
præſcriptione iuris ordinariè agendi quicquam
diſponatur, ergo præſcriptio iuris exequendi
chirographum præcedere debet, aut ſaltem non
ſubſequi præſcriptionem ordinariæ actionis, &
conſequenter non debet incipere à recognitio-
ne, ſed à die confecti chirographi, vel euentu
conditionis, aut lapſu diei, in chirographo
appoſiti.

13 Nec vt huic occurratur obici probè dicetur,
ius agendi perſonali actione ex priuata ſcriptura
quemadmodum & ipſum exequendi ius, non niſi
poſt eius recognitionem competere, indeque
curſum ſuum incipere. Tum quia id notiſſimis
repugnat iuris principiis, quibus traditum eſt,
priuatam ſcripturam per teſtes vel aliter, etiam
abſque partis recognitione probatam, iux ef-
ficax ab initio aduerſus ſcribentem conſtituere.
Text. *ſic intelligendus in l. Publia Mæuia* 26. verſ.
Reſpondit, illic: *Sed probationem depoſitarum re-*
rum impleri poſſe, *ff. depoſiti*, apertior *in l. ſcriptu-*
ras 11. illic: *Siue teſtibus adhibitis*, *ſiue non*, iun-
cto Textu ibi. *Quaſi publicè conſcriptas*, *ſi perſo-*
nalis actio exerceatur, *ſuum robur habere decerni-*
mus, *& Authentic. ſi quis vult*, *Cod. qui potiores*,
in pign. habeantur, *Authentic. de inſtrum. caut. &*
fide, §. *ſi quis igitur vult. cautè deponere*, *cum duo-*
bus ſequentibus, *collat.* 6. *capite ſecundo*, *de fide in-*
ſtrum. l. 114. *verſ.* Eſſo meſmo dezimos, *& l.* 119.
verſ. Fueras ende, *tit.* 18. *part.* 3. cum his, quæ
vbique notarunt omnes, & *in l. admonendi* 31. *ff. de*
iureiuran. vbi præ aliis proſequitur optimè Iaſ.
in lectu. ex numer. 76. *& in repetit. ex numer.* 87. idem
Iaſ. *conſ.* 129. *numero quarto*, *& latius ex numer.*
11. *libro primo*, Stephanus Bertrandus *conſ.* 168.
numero primo, *& ſecundo*, *volum.* 6. Rebuf. 1. *tom.*
ad ll. Gallicas, *titul. de chirographo. recognit. in præ-*
fat. à numer. 28. Aymon Crauetta *de antiquit. temp.*
1. *part.* §. *viſo de verbis*, *ex numer.* 10. *&* §. *quæri-*
tur etiam, *à numer.* 33. Matth. Afflict. *deciſ. Nea-*
polit. 181. *numer.* 8. & ad eum Thom. Grammat.
& latè Cæſar Vrſillus *in addit.* D. Præſes Couar.
in pract. quæſt. cap. 12. *ex numero* 1. Gaſpar Cabal-
linus *milleloq.* 656. *cum tribus ſeqq. part.* 2. Maſcard.
de probat. tom. 1. *concluſ.* 111 *& tom.* 3. *concluſ.*
1300. *per totas*. Tum etiam * quia ſi aliud dice- 14
remus, aliud inde non modicum ſuccederet ab-
ſurdum, nempè actionem perſonalem, ex con-
tractu in eadem ſchedula celebrato competen-
tem, ſi illa nunquam fuiſſet recognita, nun-
quam etiam per mille annos præſcribi, contra
præfatas leges Regias Tauri, & compilat.

Quartò pro hac parte & illud vrget, quod 15
priuatæ ſcripturæ recognitio, legitimè in iu-
dicio facta, neceſſe eſt vt in publicam formam
redigatur à notario cauſæ, coram quo illa fa-
cta eſt, iuxta reg. Text. *in cap. quoniam contra*
11. verſ. *Statuimus*, illic: *Qui fideliter vniuerſa iu-*
dicij acta conſcribant, *extra de probat. l.* 7. verſ. *E*
deuen otroſi, ibi. *E los otorgamientos*, *que las par-*
tes fizieren en juyzio, *titul.* 4. *part.* 3. At priuata
ſcriptura * purè facta, & in publicam formam 16
poſtea redacta, vim executiuam habet, ac ſi
ab initio publicè confecta fuiſſet, vt voluit
gloſſa celebris *verbo* depoſitionibus, *verſ. vltim.*
in l. fin. Cod. de edicto Diui Adriani toll. & com-
munis, quam reſoluunt plures, ſupra à no-
bis relati *diſſert.* 21. *numer.* 53. quibus addo nunc
Rodericum Suarez, eleganter eam gloſſæ tradi-
tionem, quam & ſingularem, & ab omnibus
approbatam dicit, explicantem, & exornan-
tem *in l. poſt rem iudicatam*, *ff. de re iud. in declar.*
leg. Reg. limit. 3. *ex numero primo*, Primum ma-
ximè *numero ſecundo*, *verſ.* Quomodocumque ſit,
& numero quarto, *& quinto*, vbi Præceptor meus
Valdeſius *littera B*, alios congerit. Ergo ſi iudi-
cialiter fuerit recognita, retro à die quod con-
fecta eſt, vel in quem obligationem contulit,
executionis ius obtinebit, atque adeò ab eo-
dem ipſo die decem anni, quibus exequendi
ius præſcribitur, currere incipient.

Denique qia negligentia ſua nemini debet 17
eſſe proficua, quinimò noxia, cum in ſe cul-
pam habeat, quam negligens ſibi debet adſcri-
bere, *l. Diuus Marcus* 14. *in fine*, illic: *Non im-*
meritò culpa eorum adſcribendam eſt, *qui negligen-*
tiores in officio fuerunt, *ff. de officio Præſidis*, *l. non*
enim 16. illic: *Non enim negligentibus ſubuenitur*,
ff. ex quibus cauſ. maior. l. pupillus 24. *verſ.* Quo-
niam alij creditores ſuæ negligentiæ expenſum
ferre debeant, *ff. quæ in fraudem credit.* *cum vbi-*
que notatis, optimus Textus * *in extrauaganti exe-* 18
crabilis, *verſ.* Statuimus, *Ioannis* XXII. *de præbend.*
vbi

vbi ſecundum beneficium cum primo incompa-
tibile adeptus, & negligens, cum poſſet, eius
poſſeſſionem intra menſem petere, & capere, vel
alterum eligere, non minùs primum ipſo iure
amittit, quam ſi ſecundi poſſeſſionem reuera
apprehendiſſet, aut ſi illius poſſeſſionem ca-
piens, vel primum eligens, alterum coram or-
dinario ſub teſtimonio publico intra idem ſpa-
tium re, & verbo dimittere negligat, vtroque
priuatur. Porrò creditor cautionem habens pri-
uatam ſui debitoris, iure potuit vel ſtatim, vel
poſt euentum conditionis, aut termini lapſum
illius recognitionem petere, atque ita execu-
tiuum ius aduerſus debitorem ipſum conſequi;
ergo cum id negligenter facere omiſerit, non
minus decennij ad exequendum conceſſi præ-
ſcriptio aduerſus ipſum curret, quàm ſi reue-
ra debitor ſcripturam recognouiſſet, ne alioqui
creditori negligentia ſua in recognitionem
petendo proficua ſit, contra ſuperiorem regu-
lam.

19 Quibus nihil refragantibus, contrarium ſæ-
piſſimè in ſimilibus caſibus Hiſpalenſis Senatus
iudicauit, executoria confirmans inferiorum
iudicum mandata ſeu decreta, prolata in debi-
tores chirographarios, qui chirographa ſua iu-
dicialiter, recognouerunt, etiam poſt decen-
nium tranſactum à die confectionis eorum, vel
purificatæ, aut repræſentatæ obligationis in eis
20 contentæ. Ex eo potiſſimum, * quod lex *Re-*
gia 5. titul. 21. libro quarto, nouæ compilat. exe-
quendi ius tantum tribuit priuatæ ſcripturæ re-
cognitæ, atque adeò ab ipſo die recognitionis,
vt conſtat ex illis eius verbis, *los conocimientos*
reconocidos por las partes ante el Iuez, & c. iun-
ctis illis, quæ paulò poſt ſequuntur, *trayan apa-*
rejada execucion, nam hæc executionis qualitas,
adiuncta verbo *reconocidos*, debet intelligi ſe-
21 cundum tempus verbi, * iuxta reg. Textus
in l. ſed etſi 7. (aliàs *l. cum qui 8.*) §. *Prætor ait*
11. iuncto §. Publiciana 14. ff. de Publicia. in rem
act. l. in delictis 4. § ſi extraneus, illic: *Quia non*
videtur domino ſciente feciſſe, cum eo tempore do-
minus non fuerit, ff. de noxalibus, l. Titius 25. verſ.
Marcellus, illic: *Conſtitutionibus enim Principum*
non militum teſtamenta, ſed quæ à militibus facta
ſunt confirmantur, ff. de teſtam. milit. l. 2. verſ. Quo-
niam ea verba ad mortis tempus referuntur, *ff.*
de auro, & arg. leg. l. ex facto 17. §. ſi quis autem ſuſ-
ceperit, ff. ad S.C. Trebell. cap. ſi eo tempore 9. illic:
Cùm tempore datæ ipſarum adhuc non eſſes idoneus,
de reſcriptis in 6. quam regulam ad varia expen-
dunt, & explicant Alexand. *conſil. 46. numero*
octauo & conſil. 151. numero ſecundo, libro ſecundo,
conſil. 59. numero vltim. libro quinto conſil. 143. nu-
mero primo, & conſil. 198. numer. 10. libro ſexto,
& conſ. 5. numero tertio, libro ſeptimo, Philipp. Dec.
conſil. 5. numero quarto, conſil. 37. numer. 8. verſ. 4.
principaliter, conſil. 217. numero octauo conſil. 286.
& 322. vbique numero ſecundo, tomo primo, conſ.
421. numer. 9. conſil. 427. numero ſecundo, conſ. 433.
numero ſeptimo, conſil. 443. numer. 16. conſil. 452.
numer. 12. conſ. 480. numero octauo, conſil. 585. numer.
4. conſ. 661. numero decimo tertio, & conſ. 684. nu-
mero quarto, tomo ſecundo, Tiraquel. *de retractu*
conſanguin. §. 1. gloſſ. 9. numer. 96. Seraphin. *de*
priuileg. iuram. priuil. 13. numer. 42. verſ. Et quia
etiam, *& priuil. 98. numero* 10. Roland. à Valle
conſil. 100. numer. 17. volum. 1. conſ. 6. numer. 9. &
conſ. 96. numero ſexto, vol. 4. Menoch. *conſil. 97.*
n[illegible] 106. cum 2. ſeqq. libro primo, conſ. 106. nu-
mer. 105. cum totidem ſeqq. conſil. 107. numer. 22.
conſ. 142. numero ſexto, & conſ. 249. numer. 33 libro
ſecundo, conſil. 211. numer. 44. & conſil. 269. numer.
12. libro tertio, conſ. 355. numer. 49. libro quarto, & conſ.
442. num. 4. & conſ. 473. n. 3. libro quinto, atque alibi
paſſim, Surd. *conſ. 23. numer. 10. libro primo, con-*
ſil. 216. numero ſecundo, & conſil. 276. numer. 25.
libro ſecundo, conſil. 335. numer. vigeſimo conſ. 403.
numer. quinquageſimo nono, conſil. 440. numer. vige-
ſio tertio, libro tertio, conſil. 435. numero quinto, con-
ſil. 488. numero 28 & conſil. 554. numero vigeſimo
ſecundo, libro ſecundo, & de alim. tit. 9. quæſt. 13.
numero quinto, D. Valençuela *conſil. 113. numero*
vigeſimo quinto, & conſil. 123. numero quinquageſimo
quinto, tomo ſecundo, vltra innumeros penè alios
congeſtos à D. Ioanne del Caſtillo *quotid. con-*
trouerſiar. tomo quarto, cap. 31. numero trigeſimo ſex-
to, & tomo quinto, cap. 90. numero vigeſimo ſecun-
do, & à Gabrie. Aluarez *ad axiomata iur. litter. Q.*
numer. 13. conferunt quæ de qualitate, à lege
vel ſtatuto requiſita ante omnia verificanda, vt
illi locus ſit, cum pluribus notauimus *differtat.*
7. numero quinto, & vltra ibi relatos, tradit Eue-
rard. *in locis legalib. loco 1. ab ordine, numer. 9. &*
loco 22. ab effectu eorum, quæ ſimul requiruntur ad
eſſe, numero ſexto, Anton. Gamma, & ad eum
Flores de Mena *deciſ. 263. numero tertio*, & in
ſpecie magis * quod executionis virtus, & 22
qualitas neceſſariò ineſſe, ac verificari debeat
antequam mandatum de exequendo decernatur,
nec ſufficiat eam poſtea ſubeſſe, ſeu verificari do-
cuerunt Auendañus *in l. 4. & 5. per Tex. ibi, titul.*
De las excepciones *libro tertio, ordinam. num. 20.*
in fine princip. verſ. Qualitas enim, *& de exeq.*
mandat. 1. part. cap. 1. numer. 27. § illud tamen erit,
verſ. *Et virtus executiua*, Gutierr. *conſil. 30. nu-*
mero decimo tertio, D. Valençuela *conſil. 140. nu-*
mero quarto, tomo ſecundo, iunctis quæ poſt plu-
res alios nos ſuperius tradidimus *differt. 24. nu-*
mero 34. inducique non malè poteſt *l. 2. in* ver-
bis. *Que cada y quando que moſtraren ante los Al-*
caldes, y Iuſticias cartas, y contratos publicos, y re-
cados ciertos de obligaciones, que las dichas juſti-
cias las cumplan, y lleuen a deuida execucion, & *l.*
19. verſ. *Ordenamos*, illic: *Que quando ſe pidiere*
alguna execucion, y a el Iuez le pareciere, que la
eſcritura, o recado porque ſe pide, deue ſer executa-
da, de ſu mandamiento de execucion tit. 21. lib. 4.
nouæ compilat. ex quibus planè conſtat, execu-
tionem non antè competere, quam adſit, & in
iudicio producatur id, cuius virtute illa de-
cernenda eſt, adeóque ex chirographo non
antea competet executio, quam in iure fuerit
recognitum, cum hæc ſola qualitas executio-
nem tribuat. Eadem igitur ratione nec decen-
nij præſcriptio curret niſi à die recognitionis.
Conſequentia patet, * quia & huiuſmodi præſ- 23
criptio iuri executiuo duntaxat tribuitur *in d.*
l. 63. Tau. & d. l. 6. titul. 15. libro quarto nouæ compi-
lat. illic: *El derecho de executar por accion perſo-*
nal ſe preſcriua por diez años, atque adeò minimè
præſcriptio curret antequam ius ipſum execu-
tiuum productum fuerit. Quod & ratione pro-
batur, quia ad hoc tantum præſcriptio intro-
ducta eſt, vt extinguat aliquod ius formatum,
& in iudicium deducibile, vt conſtat ex iuri-
bus in 1. argument. adductis, ad cuius ſolutio-
nem id aptius exponemus, ac docuit Bart. *in l.*
pignori 13. poſt med. verſic. Quia præſcriptio,
ff. de vſucap. vbi etiam voluerunt Ang. *Simili-*
ter poſt med. verſ. *Ego ſemper dixi*, Imola *numero*
ſecundo;

ſecundo, & Ludou. Roma. *ſub eodem. numer.* verſ.
Præterea vbi ex facultate, Philip. Dec. *conſil. 163.*
numero quarto, Ex quibus ferè ſic in ſimili voluit
Angel. *in l. ſi fideiuſſor 27. poſt princip. verſ.* Et per
hoc dico, *Cod. de fideiuſſor.* receptus ab Hippo-
lyt. Marſil. *ſingul. 135.* verſic. *In quo breuiter,*
tametſi poſteà variet *ſingul. 484. ſi vera loqui,*
quorum meminit Ioannes Gutierrez, *practic.*
quæſt. libro primo, quæſt. 123. numero ſecundo,
verſ. *Angelus verò*, & in terminis noſtris ad-
uerſus Azeuedum veriſſimè reſoluit idem Gu-
tierr. *pract. quæſt. libro tertio, quæſt. 35. & numero*
quinto, ſubſcribunt Ioannes Gratian. qui ſic
ſæpius ſe vidiſſe practicari teſtatur *reg. 381. nu-*
mer. 5. Villadieg. *in poli capite ſecundo, num. 33. in*
prin.

24 Ex quo conſequitur, chirographum, reco-
gnitum non eò minùs executioni mandari poſ-
ſe, quod diem, qua confecta eſt, vulgo *fecha*,
appoſitam non habeat, cum ipſa tantum reco-
gnitio, & virtualis confeſſio, in ea incluſa
attendatur, vi cuius decernitur executio, ar-
gu. Text. *in l. 1. § debitum*, ibi: *Conſtituendo tene-*
tur, ff. de conſtituta pecun. docent Rebuf. *tomo*
primo, ad ll. Gall. titul. de chirograph. recognit. in
præfat. numer. 48. Auend. *de exequen. mandat. 2.*
part. capite trigeſimo numero vndecimo, in princ.
Gutier. *pract. quæſt. libro primo, quæſt. 124. numero*
quarto, Parlador. *libro ſecundo, rer quotid. cap.*
fin. 1. part. §. 5. numero ſexto, verſic. *Minimè quo-*
que Villadiego *in polit. à capite ſecundo, numero*
25 *vigeſimo octauo*, Quemadmodum * nec ad fi-
dem priuatæ ſcripturæ in præiudicium ſcriben-
tis, cum ſi ab illo negetur, teſtibus com-
probanda ſit diei & anni appoſitio neceſſaria
eſt, *l. cum tabernam 34. §. idem quæſiit, verſic.*
Reſpondit, ff. de pignor. ex qua vltra DD. *ibi.* ſic
notarunt Abb. Panorm. *numero ſexto, in fin. &*
numero vigeſimo ſecundo, & Philipus Dec. *ex nu-*
mero vigeſimo quarto, in capite ſecundo, de fide
inſtrument. Iaſon. *numer. 115.* Ripa *numer. 135.*
& Purpurat. *numer. 199. in l. admonendi 31. ff.*
de iureiur. Rebuf. *vbi proximè, numero trigeſimo*
nono & 92. Donat. à Fina, *inter communes opin.*
tomo primo, libro quarto, titul. 11. numer. 343.
Gaſp. Caballinus *milleloq. 665. part. ſecunda,*
Parlad. *dict. §. 5. numero ſeptimo*, Morla *in em-*
por. iur. ad titul. de fide inſtrument. quæſt. 3. numero
decimo ? tertio, Iacobus Cancer. *variarum reſo-*
lut. libro primo, capite vigeſimo, ſecundo, num. 3.
Fontan. *de pact. nuptial. clauſula prima, numero*
ſeptimo, & octauo, ac poſt plures alios Nicol.
Genoa *deſcript. priuileg. libro primo, dubitat. ſeu*
quæſt. 3. minus principali, poſt 4. principalem, ex
numero primo, & libro ſecundo, quæſt. 1. numer. 187.
& 188.

26 Quinimò & ſi de præiudicio tertij tractetur,
puta vt ei in hypothecæ iure præferatur chi-
rographarius creditor anterior, non eſt præ-
ciſe in chirographo neceſſaria diei appoſitio,
quam ſimul cum ſubſcriptione propria recog-
noſcant teſtes ibi deſcripti, iuxta formam
Text. *in l. ſcripturas 11. verſic.* Niſi fortè, *Cod.*
qui potiores in pign. hab. cùm & ſine tali diei
appoſitione, vel teſtium interuentu ſufficiat
anterior chirographi recognitio, legitimè in
iudicio à parte facta, vt creditor cui in eò ius
hypothecæ conſtituerat, præferatur alteri,
cui poſtea in publico inſtrumento ſub eodem
hypothecæ iure ſe ſolenniter obligauit, vt la-
tè cum pluribus reſoluimus *differt. 21. numero*
vigeſimo tertio, ergo multò magis talis recog-
nitio chirographi, die carentis, ſufficiet ad
executorium mandatum mandatum contra ipſum
recognoſcentem decernendum.
Nec in contrarium obiecta quicquam habent 27
momenti, non primum, quod pro noſtra po-
tius ſententia retorquetur, num (vt *vigeſimo*
tertio, vidimus (præſertim illa nititur maiori
eius argumenti propoſitione, quam proindè
abſolutè concedimus, at minorem non ſic ab-
ſolutè fatemur, ſed tantùm quoad ius ordina-
riè agendi, vel etiam executiuè ex inſtrumen-
to publico, quod per ſe paratam executionem
habet, non verò quoad ius agendi executiuè,
ex priuato inſtrumento, hoc enim ius ante eius
recognitionem non oritur, etiam ſi lapſus ſit
dies, in eo ad ſolutionem deſtinatus, vel con-
ditio impleta, cum adhuc deficiat qualitas
executionem tribuens, nempè recognitio, ac
proinde cum executiuum ius interim in iudi-
cium deduci nequeat, planè pro nobis militat
regula maioris propoſitionis ad hoc, quod hu-
ius iuris præſcriptio à recognitionis tempore,
ex quo competere incipit, duntaxat currat.
Nec in alio caſu * argumenti conſequentia 28
concludit, quam vbi poſt recognitionem iudi-
cialem dies vel conditio euenerit, in qua ſpe-
cie nec à die recognitionis, executiui iuris
præſcriptio currere incipiet, ſed à conditionis
exitu, vel diei lapſu, ex regul. Text. *in dict. l.*
cum notiſſimi 7. §. illud, Cod. de præſcript. 30. vel
40. an. Porrò quod ad probandum generaliter
conſequentiæ locum eſſe dicebatur, nempè re-
cognitonem nil aliud facere, quam declarare,
& approbare denuò contractum in ſcriptura
contentum atque adeo * trahi debere ad ini- 29
tium contractæ cum effectu obligationis, itaut
ex illa quomodocumque poſſit agi, parum ap-
tè ad ſpeciem noſtra applicatur, in qua de
excludendo creditore à promptiſſimo ac vtiliſ-
ſimo executionis remedio tractatur, quia tra-
ditio illa procedit tantum cum de ſolo recog-
noſcentis præiudicio agitur, ſecus ſi de præiu-
dicio tertij, aduerſus quem retrotractioni re-
cognitionis, ex ſola debitoris poteſtate pen-
dentis, locus eſſe non poteſt, vt in terminis
aduertit Ioannes Gutierrez *dict. quæſt. 15. nu-*
mer. 9. noſque generaliter cum pluribus pro-
bauimus *differtat. 19. numero quinquageſimo tertio;*
& latius *differtat. 21. numero ſexageſimo ſecundo,*
ſexageſimo tertio, & ſexageſimo quarto, maximè
ex l. Titius 4. ff. quæ res pignori, l. 1. §. à ia cau-
ſa, l. qui balneum 9. §. amplius, verſ. Si modo
non ea, *& l. potior 11. in princ. & §. ſi colonus. ff.*
qui potiores, l. diuerſi 8. Cod. eodem. titul. l. 27. verſ.
Ca ſi vn home, *titul. 13. parti. 5.*
Quibus non obſtat Tex. difficilis *in dict. l. 1.* 30
in princip. verſic. Quærebatur, *ff. qui potiores*, cui
apud nos conſonat *l. 33. verſic.* Otroſi dezi-
mos, que caſando, *titul. 13. parti. 5.* vbi dotis
numeratio conſtante matrimonio facta marito,
cui primo promiſſa erat ſub hypotheca de illa
accepta reſtituenda matrimonio ſoluto, ad ip-
ſius promiſſionis initium trahitur, in præiudi-
cium creditoris, cui interim maritus eandem
rem pignori obligauit. Quia ſpecies *dict. l. 1. in*
princip. & ſimilis partitæ longè diuerſa eſt ab
ea, quæ proponitur *in dict. l. Titius*, ac ſimi-
libus, in quibus implementum hypothecarij
contractus

contractus futuro creditori facti , ex mera de-
bitoris , hypothecam ei ſubiicientis , voluntate
pendebat , quippè qui illo quoque inuito po-
tuit non accipere , atque ita ius pignoris, vel
hypothecæ ſoluere ; quo caſu , ne in eius ſit
poteſtate , præſentem alium creditorem , cui
ob pecuniam acceptam eandem rem hypothe-
catam vendidit , vel rurſus hypothecæ iuri
ſuppoſuit , pro libito fraudare, pecuniam po-
ſtea accipiendo ab eo , cui primò illam obli-
gauerat , merito ſecundus hypothecarius , ac
neceſſarius creditor priori , qui interim volun-
tarius fuit tantum , & non niſi à tempore
ſubſecutæ numerationis neceſſarius eſſe cœpit,
omninò præfertur , iuxta ea , quæ relata *diſſer-
tatione* 21. *ex numero ſexageſimo ſecundo* , latiſ-
ſimè diximus. Cuius contrarium euenit in ſpe-
cie memoratæ *l.* 1. *in princip. ff. qui potiores*, ibi
ſiquidem implementum hypothecarij contra-
ctus à marito celebrati cum eo , qui dotem
ſibi pro vxore promiſit , de reſtituenda illa ma-
trimonio ſoluto , & ſi in eum caſum col-
lati , quo dos ipſa ſibi traderetur , vel ſol-
ueretur , ex ſola ipſius voluntate , ac po-
teſtate non pendebat , ſed & dotem promit-
31 tentis , * qui ſicut à marito ad eius ſolutio-
nem cogi potuit , itaut illius non exactæ , aut
accepto latæ periculum ad maritum regula-
riter pertineat , *l. ſi extraneus* 33. *& l. vir ab
eo* 49. *aliàs* 50. *verſic.* Reſpondit , *ff. de iure
dot.* ſic vice verſa maritum iam ab ipſo pro-
miſſionis initio , ſi conſtante matrimonio illa
facta , ſit , vel ſi illud præceſſerit , à die con-
tracti matrimonij , ex quo dotis promiſſio va-
lere incipit , iuxta regul. Text. *in l.* 3. *l. plerum-
que* 10. (*al.* 11.) §. *ſi ante matrimonium , & l. tali
facta* 48. *ff. de iure dotium , & l. fin. verſ.* Sicut
enim dos , *Cod. de donat. ante nuptias* , adſtri-
ctum habuit , vt quotieſcumque à ſe illi dos
ſolueretur , omninò eam accipere teneretur ,
itaut minimè poſſet, acceptationem recuſando ,
32 ius hypothecæ ſoluere , atque adeo * dotis
ſic promiſſæ numeratio , etiam poſt pecuniam
ab alio acceptam , & eiuſdem hypothecæ ſup-
poſitionem ei factam ſubſecuta , retrò ad ini-
tium illud promiſſæ marito dotis , & hypo-
thecæ per eum promiſſori conſtitutæ perduci-
tur , vt in contractibus , ſub conditione ca-
ſuali , vel mixta celebratis regulare eſt , *dict. l.
qui balneum* 9. *in principio , & §.* 1. *& dict. l. potior*
11. §. 1. *ff. qui potiores , l. neceſſariò* 8. *verſ.* Quod ſi
pendente , *in* 1. *ff. de pericul. & commodo rei ven-
dit.* cum ſimilibus relatis à Tiraquell. *de retract.
conſanguin.* §. 1. *gloſſ. ſecunda , numero vigeſimo ſe-
ptimo , gloſſ. decima, numero quadrageſimo quinto ,
& ad fin. titul. numero decimo quarto*, Neguſant.
de pignor. 2. *memb.* 5. *part. numero decimo , am-
pliat.* 16. Anton. Gom. *variarum reſolu. tomo ſe-
cundo , cap.* 11. *numer.* 30. Bernardo Diaz *reg.*
116. & ad eum latè Salzedo , quibus apud nos
conſonat *lex* 32. vbi & notat Gregor. *gloſſa
prima titul.* 13. *part. quinto* , Quæ interpreta-
33 tio * apertè colligitur ex *dict. l.* 1. verſic. *Quæ-
rebatur* , illic : *Cum ex cauſa promiſſionis ad vni-
uerſæ quantitatis exolutionem qui dotem promiſit
compellitur* , & illic : *Nec probe dici in poteſtate
eius eſſe , ne pecuniam reſiduam redderet* , vbi no-
tat Accurſ. *verb. compellitur* , verſic. *Diſtingui-
tur ergo* , iuncta alia eius gloſſ. verb. *redderet*,
receptus à Iacobo Butricario *numero primo , &
ſecundo*, Odofredo *numero primo* , Bart. Fulgoſ.
Saliceto , & Angelo *in princip. & numero primo*,
ac cæteris communiter *ibi* , eodem. Fulgoſ. *con-
ſil.* 216. *numero primo* , Baldo Nouello *de dote*
10. *part. principali , à numero trigeſimo ſeptimo* ,
inter tract. Doctores *volum. mihi* 6. Neguſant.
Fano *de pignoribus* 4. *membro* 2. *partis, numero ſe-
ptuageſimo ſeptimo , ſeptuageſimo octauo , & ſe-
ptuageſimo nono* , Cardin. Pariſio *conſil.* 102. *nu-
mero decimo ſexto , & decimo , ſeptimo , volum.* 3.
Ioannes Crotro *in repet. l. ſi is qui pro emptore , ff.
de vſucap. numer.* 137. *fallent.* 5. verſic. *Notabis
tamen* , Roder. Suar. *ad l. poſt rem iudicatam , ff.
de re iud. in declarat. legis Regni, limitat.* 7. *numero
quarto* , Gregorius Lopez *in l.* 27. *gloſſ. vltim.
titul.* 13. *parti.* 5. Patre Ludou. Molina *de iuſt.
& iure tomo ſecundo , tract.* 2. *diſputat.* 536. *verſ.*
Licet regulariter , *& verſ.* Quando autem , *ſub
numero decimo quarto , & decimo quinto* , doctiſ-
ſimo Petro Barboſa *in l.* 1. 3. *part. numer.* 32. *verſ.*
Sed ad perfectam , *& numer.* 33. *ff. ſolu matrim.*
Vincent. de Franchis *deciſ.* 677. *per totam* (ta-
metſi à *numero quarto* , dubitet an etiam inſpi-
ciendum ſit tempus promiſſionis ante contra-
ctum matrimonium , & in affirmatiuam ſenten-
tiam quandoque conſilium inclinaſſe aſſerat)
Borgninus Caualcan. *deciſ. Finizauenſi* 15. *nu-
mero decimo tertio , & decimo quarto , part.* 4. Fon-
tanel. *de pact. nuptial. clau.* 7. *gloſſ.* 2. *part.* 1. *à nu-
mer.* 27. cum aliis infra.

Vnde in primis cauendum eſt à gloſſ. *verbo* 34
hypothecam , *in l. aſſiduis* 12. *Cod. qui potiores* ,
quæ deciſionem *dict. l.* 1. *ff. eodem titul.* ad ex-
preſſam hypothecam , à marito in fauorem
dotem ſibi promittentis conſtitutam reſtrin-
git , contrarium docens in tacita , à lege
inducta , cui prælationis priuilegium negat ab
initio promiſſæ dotis , ſeu contracti matrimo-
nij , iuxta ſuperius tradita , aduerſus præſen-
tem creditorem , cui interim antequam ſibi dos
traderetur bona ſua expreſſe obligauerit , ta-
metſi hanc gloſſæ traditionem ſequantur Spe-
culator 4. *part. titul. de obligat. & ſolut.* §. 1. *nu-
mer.* 49. Iacobus Butrigar. verſ. *Item quæro quan-
do incipiat* , & Baldus *numero decimo octauo , in
dict. l. aſſiduis* , idem Bald. *in dict. l.* 1. *in* 2. *lectu-
ra , numero ſecundo* , Socin. ſen. *conſ.* 41. *numero
duodecimo , volum.* 4. Ripa *in l. priuilegia* 16.
numero decimo quarto , ff. de priuileg. credit. in
eamque magis inclinet , adhuc tamen propen-
dulus , Baldus Nouellus *dict.* 10. *part. numero
trigeſimo nono , poſt princip.* verſic. *Si vero non ap-
paret* , ac ſecurè illam amplectatur Menoch.
conſil. 851. *numero vigeſimo quarto, & vigeſimo quinto,
volum.* 9. & conſtantius apud nos defendant
Anton. Gom. *ad l.* 50. *& ſequentes Tauri , nu-
mer.* 88. verſ. *Vnde infertur* , Ioannes Gutierr.
de iuram. confirmat. 1. *part. cap.* 46. *numero octauo*,
Pater Ludou. Molin. *de iuſt. & iur. tomo ſecundo,
tract.* 2. *diſput.* 458. *numero decimo* , Amator Ro-
dericius *de concurſu , & priuileg. credit.* 1. *part.
art.* 1. *numero vigeſimo ſeptimo*, verſ. *Verum tamen.* Ex
eo * præſertim ducti , quod de expreſſa hy- 35
potheca tantum loquantur *dict. l.* 1. *ff. qui po-
tiores*, illic : *Pignus ſiue hypothecam de reſtituenda
ſibi dote accepit* , & apertius *dict. l.* 33. verſic. *O-
troſi dezimos*, illic : *Le obligaſſe ſeñaladamente ſus
bienes , titul.* 3. *parti.* 5. Pro quo rurſus Regnico-
læ expendunt Text. *in l.* 17. *ad fin. titul.* 11. *parti.*
4. illic : *Ca luego que el marido recibe la dote , ſon
obligados porende a la muger todos ſus bienes* , ex
quibus verbis colligunt , à tempore datæ do-
tis dumtaxat eſſe obligata mariti bona pro
eius reſtitutione , non ante. Nam contrarium ,
36 * imo idem omninò dicendum eſſe in tacita hy-
potheca , pro dotis reſtitutione à iure indu-
cta *in l. vni.* §. 1. *Cod. de rei vxoriæ acti , & in dict.
l. aſſiduis* , ex vera *dict. l.* 1. ratione & interpre-
tatione planè conſtat , quæ in eo (vt dixi-
mus) conſiſtit , quod maritus quotieſcumque
ſibi dos initio contracti matrimonij promiſſa
traderetur , ius hypothecæ pro ea reſtituenda
matrimonio ſoluto , inuito promiſſore tolle-
re , aut euitare nullo modo potuit , adeóque
quoad id ius dotis numeratio , etiam poſt con-
ſtitutam præſenti alij creditori hypothecam
facta , ad initium promiſſæ dotis , vel contra-
cti matrimonij , ex quo illius ſoluendæ obli-
gatio cæpit , retrò perducitur , Quæ ſanè ratio
non tantum in hypotheca expreſſa locum ha-
37 bet , ſed & in tacita , quæ * eandem omni-
nò vim , & poteſtatem habet , ac expreſſa ,
cui proinde ſi poſterior ſit , præfertur , *l. item
quia* 4. *ff. de pactis , l. licet* 6. *ff. in quibus cauſ.
pign. vel hypoth. tacitè contrah. l. vni. verſ.* Potuit
ergo , *Cod. rem alienam gerentibus* , vbi tutor ,
vel curator , bona ſua etiam fiſco obligans ,
cum ſuo onere obligat , præcedentis ſcilic. hy-
pothecæ tacitè à iure in fauorem minorum
inductæ *in l. pro officio* 10. *Cod. de adminiſt. tut.*
cum traditis à Dyno *in cap. qui prior.* 54. *nu-
mero decimo quinto , verſic.* Si præcedit tacita, *de
reg. iur. libro ſexto* , Bart. *in l. ſi is qui* 28. *numero
primo , verſic.* Idem dico , *ff. de iure fiſci* , Alex.
conſil. 58. *numero quinto , libro quinto* , Ripa *in
dict. l. priuilegia* 16. *numero quinto, ff. de priuileg. cre-
dit.* Neguſant. *de pignor.* 2. *part. memb.* 4. *nu-
mero nonageſimo octauo , & 5. part. princip. memb.*
2. *numero decimo , in* 14. *ampliat.* Balduino *de pi-
gnoribus capite ſexto , in princip. & circa med.* verſ.
Sed adiiciam tamen , in interpretat *l. penult. ff. in
quibus cauſ. pig. vel hypoth.* Rebuf. *tomo ſecundo ,
ad leges Gallicas , titul. de conſtitutionibus redi-
tuum , art.* 1. *gloſſ.* 14. *numero quadrageſimo ſe-
ptimo*, Minſing. *ſing. obſeruat. centur.* 4. *obſeruat.*
13. *numero ſecundo* , D. Couarru. *var. reſolut. li-
bro primo , capite ſeptimo , in* 1. *concluſ.* Gregor.
Lopez. *in dict. l.* 27. *gloſſa prima poſt princip. titul.*
13. *parti.* 5. Ioannes Garcia *de expenſis capite
octauo , numero vigeſimo quinto*, Ioannes Matien-
ço *ad l.* 7. *titul.* 16. *libro quinto , nouæ compilat.
gloſſ. quinta , numero tertio , & quarto* , Cardin.
Mantica *de tacit. & ambiguis conuentionibus libro
vndecimo , titul.* 26. *numero vigeſimo ſecundo* , D.
Anton. Pichardo , nonnullos ex iam citatis
corruptè referente , *in tract. de priuileg. credit.*
(quem inſeruit *in* §. *quædam actiones* 20. *inſt. de
act.*) *ſub numer.* 60. ac poſt alios D. Valençuela
conſil. 15. *numero decimo tertio* , Non igitur quic-
38 quam ad rem facit , * quod *dict. l.* 1. *ff. qui potio-
res , & dict. l.* 33. *ad fin. titul.* 13. *part.* 5. in expreſ-
ſa hypotheca tantum loquantur , tum quia cùm
tacitum , & expreſſum pignus in iure æquipa-
rentur vt diximus, in vno diſpoſitum, & in alio
diſpoſitum cenſeri debet, iuxta ſuperius tradita
diſſert. 5. *numero vigeſimo primo* , maximè cum ta-
cita hæc dotis hypotheca ita à lege inducatur ,
ac ſi à contrahentibus expreſſa fuiſſet , *dict. l.
vn.* §. 1. *ad fin.* illic : *Et hypothecam ex vtraque
parte quaſi fuerit ſcripta* , *Cod. de rei vxoriæ act.*
tum etiam , quia cum ratio , quæ legis latores
mouit ad ita diſponendum in expreſſa hypot-
heca , æque militet in tacita , vt ſimiliter pro-
bauimus , idem in illa diſpoſuiſſe cenſentur , ex
his , quæ late tradidimus , multiſque exornaui-
mus *diſſertat.* 7. *numero decimo nono , vigeſimo , &
ſeqq. & diſſert.* 11. *numer.* 95. Sed nec verum eſt,
* tacitæ hypothecæ priuilegium tantum con- 39
ceſſum eſſe doti datæ pro eius reſtitutione , non
etiam promiſſæ , quia contrarium planè con-
ſtat *ex dict. l. vni.* §. *& vt plenius , Cod. de rei vxor.*
illic : *Dotes dederint , vel promiſerint , & in* verſ.
Nihil enim , illic : *Et ſi ſine ſcriptis dos vel de-
tur , vel promittatur* , datioque tantum requiritur
vt conſiſtere hypotheca poſſit , quia ſi dos non
acciperetur , non eſſet quod reſtitui poſſet ma-
trimonio ſoluto , nec ſuper quo hypotheca
caderet , cæterum data poſtea dote , hypothe-
ca conſiſtit ab ipſo promiſſionis , vel contra-
cti matrimonij initio , vt diximus , quomodò
procedit , & accipienda eſt *dict. l.* 17. *ad finem
titul.* 15. *part. quarto* , imò * & ſola dotis acce- 40
ptæ confeſſio , poſt promiſſionem emanata ,
ſufficeret ad eius prælationem à tempore pro-
miſſionis , iuxta ſuperius à nobis reſoluta *diſ-
ſertat.* 21. *numero ſexageſimo quinto , & ſeptuage-
ſimo primo* , & à Grammat. *conſil.* 114. *numero pri-
mo , & ſecundo* , Ioſepho Ludou. *deciſ. Peruſ.*
66. *numero vigeſimo octauo* , Alexan. Trentacinq.
variar. reſolut. libro tertio , reſolut. 9. *de pignori-
bus , numero vigeſimo* . Multo igitur magis ve-
ra dotis numeratio poſtmodum facta , ab ini-
tio propter tacitam hypothecam prælationem
operabitur. Ex quibus , & aliis ſic multò ve-
rius contra Accurſ. *dict. verbo* hypothecam ,
& ſequaces , docuerunt poſt Iacobum de Arena,
Rainerium , Zynum , Bart. *numero quinto* , Al-
ber. *numero quarto* , & Salyc. *numero ſecundo , ac
numero tertio , verſic.* Item mouentur , *in dict. l. aſ-
ſiduis*, Fulgoſ. *dict. conſil.* 216. Paulus Caſtrenſis
conſil. 294. *numero tertio , & quarto , volum.* 1. Soci.
ſenior ſibi contrarius , qui communem dicit,
conſil. 269. *numero tertio , in fin. verſic.* Quartò ,
& vltimò præmittendum , *ac numero quarto , vo-
lum.* 2. Ioannes Crottus *in repet. l.* 1. *numero qua-
drageſimo nono , verſic.* Contrariam opinionem ,
*ff. ſolut. matrim. & in dict. l. ſi is , qui pro emptore ,
numero* 137. *in* 5. *fallent.* verſic. *Et licet ille tex-
tus* , Neguſant. qui & communiorem , & verio-
rem ſententiam hanc profitetur , *de pignoribus*
4. *membro ſecunda part. numero octogeſimo , verſic.*
Contrariam , *iuncto verſ.* Et cùm iſta opinio ,
ac octogeſimo primo , Nicolaus Boer. *deciſ.* 331.
numero primo , verſic. *Sed contrarium* , Nicolaus
Bellonus (qui tamen inaduertenter pro ſe citat
gloſſ. *in dict. l. aſſiduis*) *conſil.* 87. *numer. vltim.*
Ioannes Cephal. *conſil.* 448. *numero trigeſimo
quinto , volum.* 3. Riminal. iun. *conſil.* 186. *numero
quinquageſimo quarto , & quinquageſimo quinto, vo-
lum.* 2. Petrus Barboſa *in dict. l.* 1. *ff. ſoluto ma-
trimon.* 3. *part. numero trigeſimo quarto* , Cardin.
Mantica *de tacit. & ambig. conuent. dict. libro* 11.
titul. 26. *numer.* 12. Vincen. de Franchis *dict. de-
ciſ.* 677. *numero ſexto , poſt med.* verſic. *Super quæ
difficultate* , illic : *Etiam in tacita hypotheca* Ioan-
nes Griuellus Sequanus *deciſ. Dolana* 67. *à nu-
mero decimo tertio* , verſic. *Pro ſecunda*. Quicquid
ipſe * quoad promiſſionem , ante contractum 41
matrimonium factam , ſe poſtea corrigat , vo-
lens & ad id tempus retrotrahi dotis numera-
tionem,

tionem , marito conſtante matrimonio factam
poſt hypothecam , ab eo præſenti alij creditori
conſtitutam , quod & voluit Vincent. de Fran-
chis *vbi proximè* , & Guidus Pancirolus *conſil.*
180. *à numero tertio* , maximè *numero ſexto*, verſic.
Sed poſito , ac poſt alios Molfeſius *ad conſuetu-
din. Neapol. parte ſexta , de iure dotium; quæſtione* 2.
ex numero decimo nono. Fontanella *de pactis nu-
ptial. dict. clauſula ſeptima , gloſſ. ſecunda , parte
prima , dict. numero vigeſimo ſeptimo , in final.*
iuncto *numero trigeſimo quarto*. Anton. Meren.
*controuerſ. iur. libro ſexto , capite trigeſimo quinto ,
numero quarto, quinto, ſexto, & ſeptimo*. Nam con-
trarium , quod ad tempus contracti matrimo-
nij tantum retrotractio fiat , cæteri omnes
multò verius affirmarunt , & idem Molfeſius
*tomo ſecundo, in addit. ad ſextam partem dict. quæſt.
ſecunda , numero quinto* , optimè Stephan. Gratia-
nus , Griuelli argumentis concludenter (ni
fallor) ſatisfaciens , *diſceptationum forenſium to-
mo quinto , capite* 804. *numero ſecundo* , maximè
à numer. ſeptimo , & decimo quinto , Marius Muta
deciſione nonageſima tertia , à numero octauo , Gaſ-
pard. Antonius Theſaur. quamquam non per
omnia firmet , *quæſtion. forenſium , libro ſecundo ,
quæſtione trigeſima quarta , numero quarto, & quinto* ,
Alexand. Trentacinq. *variarum reſolut. libro tertio ,
titul. de pignor. reſolutione nona , numero vigeſimo
primo* , verſic. *Secunda eſt opinio* , Ioannes Anton.
Bellonus *conſil. decimo octauo , numero octogeſimo
primo , octogeſimo ſecundo , & octogeſimo tertio*. Sta-
tilius Facificus *de Saluiano interdicto , inſpectat.
tertio , capite quarto, ex numero quadrageſimo , ad
quadrageſimo ſexto , incluſiuè* , Ioannes Dominicus
Gaitus *de credito capite quarto , quæſito vndecimo ,
numero* 1594. *& in appendice eiuſdem capitis nu-
mer*. 113.

42 Rurſus cauendum eſt à Zyno *quæſtione prima,
in fin.* & Albericus *poſt princip. verſic.* Quod eſt
verum, *in l. cùm tibi* 10. *Codice qui potiores in
pignorat. hab.* qui deciſionem *dicta l. 1. ff. eodem
titul.* ſpecialem eſſe volunt , & à iuris regulis
exorbitantem fauore dotis , tametſi eorum ſen-
tentiam aduerſus communem ſuperius reſolu-
tam ſecurè amplectantur Stephan. Bertrandus
conſil. 304. *numero primo , verſic.* Et hoc propter
fauorem , *volum. 1. parte prima* , Tiraquel. *de re-
tractu conſanguin. §. 1. gloſſ. decima , numer. mihi*
117. verſic. *Sed caue* , & ex aliquibus probare
nitatur Bald Nouellus *de dote, octaua parte, pri-
uilegio vigeſimo tertio , in princip. iuncto* verſic. *Sed
pro certo videtur*. Nam contrarium , quinimò le-
gem illam nihil continere ſpeciale , ſed iuris
principiis valde conforme ex his quæ pro eius
vera ratione , & interpretatione diximus pla-
niſſime depromitur , ac cæteri omnes ſupra
relati longè verius obſeruarunt, maximè Ne-
guſantius *dicto quarto , membro ſecundo , partis ,
numero ſeptuageſimo octauo , verſic.* Vnde cùm ſe-
cundum regulas , *& numero octogeſimo* , verſic.
Vnde cum iſta opinio , Ioannes Crottus *in dicto
lege prima , ff. ſoluto matrimonio , dict. numero qua-
drageſimo nono* , verſic. *Non obſtat fundamentum* ,
& Petrus Barboſa *ibidem dicto tertio , part. numero
trigeſimo tertio , in ſolut. tertia , difficultatis* , ver-
ſic. *Ex hoc igitur* , Antonius Merenda *dict. libro
ſexto , capite trigeſimo quinto , numero tertio* , &
43 quia in dubio ſpecialitas admitti , aut confingi
non debet , quod miſerorum refugium eſſe do-
cuit gloſſ. *verbo* hereditaria parte prædij , *verſic.*

Sed reſponde , *in l. filium qui habentem vigeſimum
quartum , Codice famil. erciſcund.* vulgò ad hoc
commendata, vt vltra ordinarios *ibi* , videre licet
apud Iaſonem , *in lege prima , numero decimo ſex-
to , ad finem , verſic.* Nec dicas. *ff. ſi quis ius di-
centi non obtemperauerit* , & Neguſantium *vbi
proximè*, & aduerſus gloſſ. *verbo* res aliter , *verſ.*
Vnde dicas , *in capite ex parte ſeptima , de teſti-
bus* , aduertit Ioannes Andreas *ibi* , *ſub numero
decimo nono* , cuius ad hoc meminit Alexand.
*in l. quod de bonis decimo quinto , §. cùm fideicom-
miſſum , in fin. ſub numero ſecundo , ff. ad l. fal-
cid.* ac pro regula ſtatuunt Cardinalis Domini-
cus Tuſchus , *practicarum concluſ. tomo ſeptimo ,
littera S, concluſion.* 361. *numero primo* , Augu-
ſtinus Barboſa *in axiomate* 211. *numero tertio* ,
noſque in ſimili tradidimus , ac probauimus
*diſſertat. tertio , numero trigeſimo ſexto , & diſſertat.
vigeſimo primo , numero ſeptuageſimo ſecundo* ,
& hactenus de primo argumento principa-
li.

Ad argumenti verò confirmationem reſpon- 44
detur , concedendo maiorem regulariter , &
vbi natura actus , quæ ſemper attendenda eſt,
contrarium non ſuadet , ſecus aliàs , mino-
remque abſolute fatendo , negando tamen
conſequentiam , quia longè diuerſa natura
eſt priuati inſtrumenti , quam publici , hoc
enim ipſum per ſe ſolum abſque alio admini-
culo , iuxta leges Regias executionem habet,
*l. primo , ſecundo , & decimo nono titul. vigeſimo
primo , libro quarto , nouæ compilationis* , nempè
vel ſtatim , ſi purum ſit , vel à tempore con-
ditionis euenientis , aut lapſu diei , ſi condi-
tionale ſit , vel in diem , adeóque exinde ne-
ceſſario currere incipit decennium , quo exe-
quendi iuri præſcribitur , vt Doctores in ar-
gument. citatis rectiſſimè docent ; at verò pri-
uatum inſtrumentum per ſe executionem nul-
lam habet , niſi legitimè fuerit in iudicio
recognitum , *l. quinto , dict. titul. & libro* pro-
inde antequam talis recognitio fiat non po-
teſt decennij tempus currere , cum id tantum
ſit conceſſum ad præſcribendum ius execu-
tiuum, quale ante recognitionem non eſt , vt
ſuperius diximus , vnde ob diuerſam naturam
priuati , ac publici inſtrumenti , neceſſe eſt
vt diuerſum ius in vno , quàm in altero con-
ſtituatur , vt in terminis aduertit Gutierrez
*dicto libro tertio , practicarum quæſtion. trigeſima
quinta, numero nono , verſicul.* Modò non ob-
ſtant.

Nec maiorem certè vim habet , ſecundum 45
principale argumentum , ab abſurdo ſumptum,
quod nos in iure validum , ac frequens eſſe
ex ibi adductis fatemur ; at minorem argu-
menti negamus , nempè abſurdum eſſe, decen-
nium ad exequendum chirographum currere
à die recognitionis eius , eo quod inde ſeque-
retur , ordinaria actione præſcripta , ius exe-
cutiuum , quod in ea fundatur , per ſe ſubſi-
ſtere poſſe , nempè recognitione facta poſt
viginti annos , quibus perſonali actioni ho-
die apud nos præſcribitur *dict. l. ſexageſimo ter-
tio , Tauri , & l. ſexto , titul. decimo quinto , li-
bro quarto , nouæ compilationis* , quia imò ſeque-
lam hanc abſurdam eſſe dicimus , planéque à
iuris principiis diſſonam , quibus traditum
eſt , verba ſuppoſitis terminis habilibus ſem-
per accipienda eſſe , *l. qui teſtamento vigeſimo* ,
illic

illic : *Si aliud eos nihil impediat, ff. de teſtam. l.
vt gradatim vndecimo §. primo*, illic : *Si idonei
ſint , ff. de muner. & honor.* cum ſimilibus , à
me adductis , & exornatis *diſſertat. ſexta, nu-
mero vigeſimo* , cum ergo dicimus, decennij
tempus ad præſcribendum ius executiuum ,
ex chirographo in iure recognito competens,
currere à die recognitionis , neceſſariò intel-
ligimus de recognitione facta intra tempus
habile , quo videlicet adhuc duret perſonalis
actio , ex contractu illo chirographario orta,
nempè viginti annorum , vltra quos cum
nulla ſit chirographi virtus , vt potè actione
eius per præſcriptionem extincta , non eſt ſu-
per quo cadere recognitio poſſit , ex illa ar-
gumenti regula , quod qualitas abſque ſub-
iecto ſubſiſtere nequit , adeóque nec reco-
gnitio poſt id tempus facta , executiuum
ius producere valet , vt in terminis obſeruant
Parladorius *libro primo , rer. quotidian. capite
primo , §. decimo tertio , numero vndecimo , ver-
ſicul.* Contrarium tamen , *ac numero duodecimo*
Gutierr. *practicarum quæſtion. libro primo , quæſt.*
124. *à numero quarto , verſic.* Sed nihilominus ,
*& dict. libro tertio , quæſt. trigeſimo quinto , numero
nono verſic.* Non obſtat & ſecundum , *ac nu-
mero decimo & vndecimo* , Villadiego *in politica,
capite ſecundo , numero trigeſimo tertio , poſt prin-
cip.* verſic. *Como no ſea tambien* , & ante eos
idem in terminis aliarum antiquiorum , val-
déque difficilium legum Regiarum , quas hic
46 obiter explicabimus , docuit * vir doctiſſimus
Petrus Nanius de Auendaño *de exequend. man-
dat. Regum , 2. part. capite trigeſimo , numero vn-
decimo , in princip. iuncto verſic.* Si ergo ex inſpe-
ctione , *& numero decimo quarto , circa fin.* ver-
ſic. *Vbicumque ergo* , dum docet , quod ſi quis
poſt præſcriptam actionem perſonalem per
lapſum decem annorum , iuxta *l. tertio , titul.
decimo tertio , ordinam. veteris* , priuatum inſtru-
mentum , ex quo illa actio competebat , in iu-
dicio conuentus recognoſcat , non ob id
virtute talis recognitionis , eius inſtrumenti
executio fieri aduerſus eum debet ob diſpo-
ſitionem capituli , quod vocat de Madrid
(quod eſt 126. in comitiis Madritiis ,) con-
feſſioni , & recognitioni iudiciali paratam
executionem tribuentis , vnde ortum habuit
*lex 5. titul. vndecimo primo , libro quarto , nouæ
compilat.* quia (inquit) qui non poteſt con-
ueniri , non ſibi præiudicat recognoſcendo ,
& iſto caſu videtur recognitum debi-
tum vt præſcriptum , & negare ſcripturam
propria manu conſcriptam, eſſet crimen per-
iurij.

47 Ad cuius doctrinæ (male ab Azeuedo per-
ceptæ adeóque pro ſe citatæ , *in dict. l. ſext.
titul. decimo quinto , libro quarto , nouæ compilat.
numero quadrageſimo primo , circa fin.* verſic. *Et
reperi poſt tenuiſſe*) veram intelligentiam , &
inductionem , ſupponendum in primis eſt, ca-
pitulum illud Madrititium, in cuius terminis
Auendañus loquitur , eo tempore emanaſſe ,
quo nondum Taurinæ leges prodierant, adeó-
que nec cognita erat diſpoſitio *leges ſexageſi-
mo tertio , Tauri* , poſtea compilatæ *in l. ſext.
dict. titul. vigeſimo primo , libro quarto , compi-
lat.* quæ iuri exequendi ex actione perſonali,
decennij , ipſi verò perſonali actioni , aut exe-
cutoriæ ſuper ea latæ , vicennij metas præ-

ſcripſit , tantumque vigebat diſpoſitio rela-
tæ , *l. tert. titul. decimo tertio , libro tertio , ordi-
nam. veter.* quæ * actioni perſonali , vel exe- 48
quendi iuri ex ea competenti , decennij ſpa-
cium dumtaxat præſtituit , eóque tranſacto ,
ius agendi ſuſtulit , his verbis : *Porende orde-
namos , que aquel que alguna accion , o demanda
tiene contra otro con carta , o ſin carta , e deſque
el plazo llegare , no le demandare en juyzio , o no
fiziere emplazar la parte ſobre ello, e no fuere fecha
entrega , y execucion por ella faſta diez años , que
dende en adelante pierda la demanda , e no ſea oydo
ſobre ello*. Deinde ſupponendum eſt , * legi illi
ex diametro repugnare videri *legem* 4. ſtatim 49
ſequentem , dum ſtatuit , poſt illos decem an-
nos non poſſe fieri executionem actionis per-
ſonalis , ſed tamen poſſe iudicio ordinario
pro pecunia debita reum vrgeri , & ad reſ-
pondendum citari , his verbis : *Mandamos ,
que preſcripto el contrato por tranſcurſo de tiempo
de diez años , ſegun que en la ley antes deſta ſe con-
tiene , ninguna entrega , ni execucion ſe pueda fazer
por el tal deudo , faſta que el deudor ſea empla-
zado , e oydo* : ſi etenim actio perſonalis primo
decennio ſublata fuit , non videtur , quod
poſſit pecunia debita perſonali actione rur-
ſus in iudicio exigi , idcircò Regia *lex* 4. ap-
paret vel contraria , vel inutilis , aut ſanè
perplexa nimis. In quarum * legum concilia- 50
tione valdè noſtrates cruciantur , inter quos
primus Rodericius Suarez *in repetit. l. poſt rem
iudicatam , ff. de re iudic. in declarat. legis Re-
gni , limitat. ſexta , ex numero ſecundo* , ita eas
leges conciliat , vt exiſtimet , legem 4. eſſe in-
telligendam eo caſu , quo ob aliquod impe-
dimentum iuris , vel facti actio perſonalis
decem annis tolli , & extingui non potuit ,
quod ait multis modis contingere poſſe ,
impedientibus præſcriptionem , vt tali eueni-
ente caſu , licèt debitum peti nequeat via exe-
cutiua , quia quoad eam iam præſcriptum eſt,
iuxta *dict. l. tert.* quam ſic intelligit , at in
reſiduo tempore , quod ſupereſt impedimen-
to ſublato , poſſit peti ordinaria via, ac pro-
indè ad eam citari , & audiri debeat debitor,
vt in extremo *dict. l. quart.* ſubiungitur. A
qua tamen * interpretatione , & concilia- 51
tione meritò diſcedit Dominus Præſes Co-
uarru. *in reg. poſſeſſor , ſecund. part. §. vndecimo
numero primo* , verſic. *Ego verò* , ex eo motus,
quod *in dict. l. quart.* traditum ſit , ſaluum
eſſe ius actionis perſonalis quoad iudicium
ordinarium poſt decennium , præſcripto iam
iure agendi ex contractu , iuxta formam le-
gis præcedentis , nempè *legis* 3. in qua tamen
(ſi generalia eius verba inſpiciamus) expreſ-
ſim conſtat , decennio actionem quamcum-
que perſonalem ita ſublatam eſſe , vt credi-
tor ipſe audiendus nullo pacto ſit, nec iure exe-
cutionis ſummariæ, nec ordinarij iudicij. Addo
ego , * quod aut impedimentum illud facti 52
eſt , & id quidem regulariter præſcriptionis
curſui non officit , ſed locum tantum facit
reſtitutioni in integrum , iuxta receptiſſimam
Bart. doctrinam *in l. prim. §. ſi quis propter ,
numero primo , ff. de itin. actuque priuato* , quam
pluribus exornauimus *diſſertat. octaua , numero
trigeſimo quinto* , aut iuris tantum , quod ipſo
iure præſcriptionis curſum remoratur , & ne-
que id contingere poteſt , vt præſcriptioni